

491

mo trecentesimo mensis augusti die ultima in-
dictione terciadecima Rivoalti. Cum sit non mo-
dicum periculum transfretare, idcirco ego Ma-
theus Paulo filius quondam Nicolai Paulo de
confinio Santi Joannis Chrisostomi volens ire
in Cretam ne repentinus casus hujus vite fra-
gilis me subreperet intestatum mea propria
manu meu scripsi et condidi testamentum ro-
gans Petrum Paganum ecclesie Sancti Felicis
presbiterum et notarium sana mente et integro
consilio ut secundum ipsius scripturam quam
sibi tunc dedi meo sigillo munitam meum scri-
beret testamentum si me de hoc seculo contin-
geret petransire cujus scripture tenor translate
vulgari in latinum per omnia talis est. Con-
stituo meos Commissarios Dominum Matheum
Paulum patruum meum et Marcum Paulum
fratrem meum et Dominum Nicolaum Secretum
socerum meum, et Felicem Paulum consan-
guineum meum. Volo solvi rectum decimum.
Item dimitto omnibus monasteriis de Grado
ad Capud Aggeris solidos viginti pro quolibet.
Item dimitto omnibus congregacionibus de Ve-
neciis hoc est de Rivoalto libras centum quin-
quaginta ad hoc ut presbiteri ipsarum congre-
gacionum teneantur facere omni anno anni-
versarium pro animabus patris mei et matris
mee et mea. Item dimitto Flordelixe filie mee
libras duo mille pro suo maritare et ponantur
in vadagno in Veneciis in manibus bonarum
personarum et utilitas deveniat in ipsa mea
filia Flordelixe. Item dimitto dicte Flordelixe
filie mee prode mille librarum de meis impre-
stitis quod sit pro suis expensis donec ipsa erit
maritata, et postquam ipsa erit maritata volo
quod ipse mille libre imprestitorum cum suc-
prode deveniant in meum heredem masculum
si ipsum habuero et si non habuero heredem
masculum volo quod ipse mille libre impresti-
torum et prode ipsorum deveniant in meum
fratrem Marcum Paulum. Item dimitto Catarine
uxori mee libras quadringentas et omnes suos
panos sicut ipsi stant ad presens. Item dimitto
domine Maroche libras centum. Item dimitto
Pasque filie mee naturali libras quadringentas
pro suo maritare et si ipsa vellet ire monacha
volo quod ipsa habeat libras ducentas per dare
monasterio et de aliis libris ducentis volo quod
emantur imprestata et ipsa debeat habere prode
ipsorum imprestitorum in vita sua et post mor-
tem suam deveniant in meum heredem ma-
sculum, et si ego non haberem heredem ma-
sculum volo quod dicta imprestata vendantur
et destribuantur pro animabus patris mei et

matris mee et mea. Item dimitto Stephano et
Johanino fratribus meis naturalibus libras quin-
gentas et si accideret quod aliquis ipsorum mo-
riretur deveniant de uno in alterum, et si am-
bo morirentur antequam essent maritati volo
quod dicte libre quingente deveniant in meum
heredem masculum et si ego non haberem
heredem masculum volo quod deveniant in
meum fratrem Marcum Paulum vel in suum
heredem masculum. Item dimitto Jordano Tri-
visano avunculo meo libras ducentas. Item di-
mitto Marco de Tumba libras centum. Item
dimitto Flordelixe uxoris Felicis Paulum li-
bras centum. Item dimitto Maroche filie quon-
dam Petri Trivisani que moratur in Nigroponte
libras centum. Item dimitto Agneti uxori
Petri Lion libras centum. Item dimitto Fran-
cisco filio quondam Petri Trivisani qui mo-
ratur in Negroponte libras centum. Item vo-
lo quod emantur tot imprestata que reddant
libras viginti ad grossos annuatim, et iste li-
bre viginti ad grossos dentur omni anno Pe-
tro Pagano presbitero Sancti Felicis et ipse te-
neatur rogare dominum pro animabus patris
mei et matris mee et mea, et post mortem
ipsius presbiteri Petri deveniant in Leonardum
clericum sancti Felicis consanguineum ipsius
presbiteri Petri si ipse erit presbiter et post di-
ctum Leonardum dentur maiori presbitero san-
cti Joannis Chrisostomi et sic vadant semper
de maiori in maiorem presbiterum qui debeat
semper continue celebrare missam pro anima-
bus patris mei et matris mee et mea. Item vo-
lo quod si uxor mea esset gravida, et pareret
filium vel filios masculos quod ipsi habeant to-
tum meum mobile et immobile inordinatum,
et si ipsa faceret filiam volo quod ipsa filia ha-
beat tantum quantum dimitto sorori sue Flor-
delixe. Item volo quod si non haberem here-
dem masculum quod frater metis Marcus Pau-
lo habeat meam partem proprietatis michi per-
tinentis pro hereditate patris mei et libras duo
mille. Et Nicolaus Paulo consanguineus meus
habeat libras quingentas, et dominus Matheus
Paulo patruus meus habeat libras quingentas.
Item volo quod si filia mea Flordelixe morire-
tur antequam esset maritata quod predite li-
bre duo mille et lucrum suum deveniant in
meum heredem masculum, et si non haberem
heredem masculum volo quod deveniant in
fratrem meum Marcum Paulum vel in suum
heredem masculum. Verum est quod volo quod
frater meus Marcus Paulus vel heres suus te-
neatur dare libras quingentas consanguineo meo